

No. 278. 1287. 3. Mai.

*B. Withego beurkundet, dass der Vicar Conrad von Burnis gewisse Geldzinsen an den Scholasticus M. Thilemann verkauft hat und diesem das Recht zustehen soll, frei über dieselben zu verfügen<sup>a)</sup>.*

Nos Withego dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus notum facimus universis et praesenti pagina protestamur, quod dominus Conradus de Burnis, perpetuus vicarius ecclesiae nostrae, in praesentia nostra constitutus triginta duos solidos minus tribus denariis Vribergensium denariorum bonorum annuae pensionis, titulo proprietatis vendidit magistro Thilemanno scolastico Misnensi pro tredecim marcis argenti et dimidia, quos in locis recipiet infra scriptis: In allodio Dubenitz<sup>b)</sup> dominarum sanctae Crucis sex solidos, qui solvi debent in festo Walburgis, reliquos recipiet in civitate Misne de curia Sifridi Aceti triginta denarios, quae est sita iuxta murum ex opposito quondam curiae Wigandi, ubi pannus venditur, item in vico qui dicitur Kernitz<sup>c)</sup> de curia Hermannii de Lizenik quartum dimidium solidum, de curia sororis Adelheidis duos solidos, de curia Suevi, in qua moratur Johannes pistor, decem et octo denarios, de curia Wernheri institoris duos solidos, de curia Jacobi sutoris duos solidos, de curia Henrici carpentarii duos solidos, de curia Ylianæ tres solidos minus denario et dimidio, de curia sororis Juttae sedecim denarios et dimidium, de curia Richelindis Pavonissae decem et octo denarios, de curia Ysaac Judaei triginta denarios. Et hi solidi in festo beati Martini bonorum denariorum Vribergensium debent solvi. Dictum vero censum dedit domina Gepa monialibus in Dersenitz<sup>d)</sup> in prima fundatione claustrum, quod claustrum postea translatum est in Sitzenrode, a quo claustrum emit dominus Conradus, prout in littera dictarum monialium plenius continetur<sup>e)</sup>. Dictum vero censum dictus scolasticus vendet si placet vel de eo faciet pro remedio animae suae, quicquid sibi videbitur melius expedire. Datum et actum Misnae anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVII<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>. Nonas Maii pontificatus nostri anno XXI<sup>o</sup>.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem wohl erhaltenen Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

a) Die alte äussere Aufschrift Privilegium de censu civitatis Misne pertinens ad altare sanctorum Laurentii et Nicolai bezeugt, dass diese Zinsen an den genannten in der Domkirche befindlich gewesenen Altar gekommen, und deshalb hat die Urkunde hier ihre Stelle gefunden. b) Die villa Duveniz (Daubnitz, Par. Lommatzsch) kam durch eine Schenkung des Gotsale Khesebiz miles Misnensis urbanus um 1222 an das Kloster zum h. Kreuz. c) Vorstadt von Meissen, deren Name nur in dem Görnischen Thor noch erhalten ist. d) Dörschnitz, Eph. Meissen. e) Vgl. No. 212.

No. 279. 1287. 7. Aug.

*B. Withego eignet mit Zustimmung des Capitels dem Scholasticus M. Thilemann gen. von Torgau einige von Heinrich von Colditz erkaufte Getreidezinsen zu freier Verfügung für sein Seelenheil.*

Nos Withego dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus notum facimus universis et praesenti pagina protestamur, quod dominus Henricus dominus castri in Colditz quinque maldra siliginis et avenae et duos modios decimae, quae a nobis tenuit in feodo, receptis tredecim marcis argenti Vribergensis et ponderis a magistro Thilemanno